

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Pro gratitudine & fidelitate: pro strenua in bono propositio perseuerantia:
pro sui itide[m] plena perfectaq[ue] abnegatione & desiderio Christi vitam
imitandi: insuper pro digna præparatione, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

tuam eam deniq*ue* innumeris deosculando vicibus, suisq*e* lachrymis irrigado, donec ad sepulchrum, quo claudendus & recondendus fores, peruenisset: in quo viri illi misericordiarum Ioseph & Nicodemus, te aromatibus vnguentum, & syndone munda inuolutum posuerunt propter festum iudeorum, aduoluto ad ostium monumenti Ioh. 19.

Pro gratitudine & fidelitate: pro strenua in bono suscep*t*o proposito perseverantia. Pro sui item plen*a* perfectag*e*, abnegatione & desiderio Christi: vita*m* imitand*u*: in super pro digna preparacione, susceptione, & conservacione corporis Christi: pro morte deniq*ue*, felici, Pre*c*atio XXII.

IN vnione long*ae* crucipendientiae tuz*e*, flebilisq*e* tui de cruce despositione, rogo te p*ro*p*ri*issime red*em*ptor, per omnem bonitatem & amorem dei*fici* cordis tui, aufer a me odibilem ingratitudinem, ac omnem cordis mei duritiam: vt beneficia tua, scilicet creationis, red*em*ptionis, misericordissimae vocationis, protectionis, sustentationis, & cetera continua*m* gratitudine recol*at*: te indefinenter laud*e* & honorem, tibi cum castissimo cordis iubilo gratias ag*am* & referam, te cum profundissima humilitate, filiali timore, summaq*e* reverentia cōtinenter magnificem & adorem: vt voluntati tuz*e* perfecte, obediens tibi seru*am* cum deuotissima strenuitate & alacritate, ac ommimoda meip*s*ius resignatione & abnegatione, fixus tec*u* perseuerans in cruce, qu*am* primo in baptismo, deinde in sacro religionis voto sancte assum*ps*i, seu in alio quocunq*e* p*ro*posito, n*on* relinquent, n*on* ab ea descendens, nec ob hominum obloctiones & ludibri*u*, nec ob quodecumq*e* solatum vel mundi delectationem, ne*que* ob quamcumq*e* grauitatem & asperitatem crucis: sed fac pie Iesu iudies me illi clavis amoris, & timoris fixius affigi, alacrius cum ea post te in odorem vnguentorum tuorum, id est, per vestigia tua currere, te feruentius amando, meipsum Cantico perfectius sancte odiendo, & pleni*u* ab*neg*ando, omnem consolationem aliam fadiendo, hoc solum totis suspirijs desiderando, compati tibi, tecum despici, obiurgari, confundi, nihil estimari.

O vtinam ardentissimum & insatiabilem i*m*primas desiderium, seruens & discreturn studium vit*ae* tuz*e* sanctissimae toto cordis & corporis vigore me cōfomandi, cum propria nihileitatis & vilitatis cognitione, quo profici*em* studium cum humilitate semper in me crescat, & charitas tua iudies intensior i*gnescat*, quatenus spiritus semel & extinctis omnibus carnis cōcupiscentijs, deuictisq*e* omnium iniuriorum tentamentis, cum summa castitate cordis & corporis, cum perfecta simplicitate mentis, cum purissima deuotione spiritus, cum gratissima tibi humilitate, cumq*e* perfecto amore, tibi fidelissime, simplicissime obedientissime seru*am* & in eternu place*am*, ac te cum augmento virtutu*m* & grataru*m* in diu*nissimo* Eucharist*u*. Sacramento suscep*t*u*m* myrrha amara p*re*nitentiaz*e*, & alo*e* cordialis & doloros*e* cōpassionis condia*m* inuoluedo te in linteo mundo, hoc est, in corde a peccatis & vitijs expurgato, sepeliam*q* te in anima mea in eternum, iugiter te constringens brachij*u* amoris, tibi soli adhærens, in vulneribus tuis totum me inmergens & sepeliens: vt extra te nil sci*am*, nil cogite*am*, nil desider*em*, sed te possidens, a te totus possidear & regar*am*, iuxta omne desideri*m* & beneplacit*u* dulcissimi cordis tui, quo per omnipotentem gratiam tuam ita religios*e* & pie viu*am*, tam fideliter & perfecte tibi seru*am* & obediam*am*, tam ardenter & sincere te & proximum me*u* diligam*am*, vt nihil damnable vel purgabile



gabile habeam cùm de hoc mundo transibo, sed in sanguine tuo latus, preciosissima tua morte viuisatus, infinitis tuis meritis & diuinis virtutibus stipatus, nullas inimicorum meorum pertimescens infidias, cùm gaudio ab Angelis tuis in regnum tuum perduci, & in conspectu tuo latus præsentari, atq[ue] sine fine commorari tecum merear.

Singulas has, & vniuersas supplicationes & humiles petitiones meas, quas per singulos vitæ, passionis & mortis tuæ articulos corā maiestate tua suppliciter effudi, offero tibi dulcissime Domine Iesu creator & redēptor meus, aduocatus & saluator meus, in vnione omniū sanctissimarū orationū tuarum, quas Deo Patri obtulisti, in terris pro nobis, obsecrans te per omnē amorem & misericordiā tuam orga nos, & per omnia quæ assumpisti, fecisti, pertulisti & promeruisti pro nobis, vt virtute omnium orationū tuarum, & efficacia omnium meritorum sanctissimæ humauitatis tuæ, indignas meas petitiones exaudias: nihilominus resignans me & omnia in gratissimam & benedictam voluntatem tuam, vt mecum agas in tempore, & æternitate pro ut magis honorificum tibi fuerit & beneplacitum.

Ad te quoq[ue] o regina cœli, porta paradisi, Dominæ mundi, spes venie, mater gratiæ, regina misericordiæ, o refugium peccatorū, aduocata pauperū, laus iustorū post Deū potentissima, sapiëtissima, benignissima ac gloriöfissima effecta, virgo semper Maria, ego indignus peccator cōfugio, & corā te suppliciter & humiliiter me prosterno, offerēs tibi pariter, dulcissima mater mea, aduocata mea, fidelissima, cūctas has tepidas orationes meas, in vnione sanctissimarum orationum tuarum, quas obtulisti & offers Deo pro nobis: obsecrans te per charitatem infinitam, & omnem affectum diuinum, quo te Deus ab æterno præ omni creatura gratuito prædestinavit, purissimam creauit, sibiq[ue] in matrē speciali affectu elegit, à te omni gratia & virtute plena cōcipi, asci, educari voluit, ac dulciter tecū conuersari dignatus est, filiali affectu tibi in omnibus fidelissime subiectus existens, sicut filius matri, qui erat gubernator cœli: & specialiter per illam fidelitatem & amorem, quem tibi exhibuit in mortis lux hora, dum quasi proprij cruciatus oblitus & tuæ desolationi ac mortori compassus medullitus, cunctodem tibi ac filium, sui loco fideliter prouidit: Et insuper per affectum illius inseparabilis dignationis quo te in die iocundissimæ assumptionis super omnes choros Angelorum & Sanctorum exaltauit, cœli terræ dominam & reginam te constituit: per deniq[ue] omnia viscera maternæ misericordiæ tuæ erga nos, obsecro te, vt indignas has meas orationes tuis purissimis orationibus vñitas, filio tuo offeras & exaudiri proores, meq[ue] filio tuo, tuis interuenientibus meritis reconciliés, animam meam in pretioso eius sanguine perfectè munes, suis actuis meritis & virginitibus exornes, ardentissima charitate me rapias & perficias, omnemq[ue] vitam meam in beneplacitum eius dirigas, & ad bonum finem perducas, quo (te auxiliante) transacto feliciter vitæ meæ cursu, ad conspectum benedictissimi filij tui à te perduci, recumq[ue] sine fine commorari merear, ubi incomprehensibilis illa lux oritur, quæ nūquam occidit: ubi ineffabilis pax colitur, quam nulla turbatio interimit: ubi fontana illa omnis boni abyssus scaturit, quam nemo exhaustire sufficit: ubi diuina Maiestas, æterna requie omnia continet: ubi diuina veritas perenniter lucet: ubi diuina charitas æternæ consolationis dulcedine semper rorat: ubi beata Trinitas semper vivit & regnat Deus in substantia vñus, & in personis tripli, Pater scilicet & Filius & Sp̄itus sanctus, per infinita seculorum secula, Amen.

GLORI-

